GREGORIUS MAGNUS, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, 10. Jh.
Seite 36r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35482
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



uidentur bona. sed non sunt. quia bono
animo non fiunt. Unde et in euangelio
veritas dicit. Si oculus tuus nequam fue
rit. totum corpus tuum tenebrosum erit.
Quia cum peruersa est intentio que pre
cedit. prauum est omne opus quod sequitur.
quam uis rectum esse uideatur. Ego namque
hunc uirum. qui dum hospitalitatem exhibe
ret. orbatus est non piceatis opere delecta
tum estimo. sed epi derogatione. Nam
pena subsequens pena innotuit. quia
precedens illa susceptio sine culpa non
fuit. Sunt namque nonnulli. qui idcirco
bona facere student. ut gratiam alie
ne operationis obnubilent. nec pas
cuntur bono quod faciunt. sed laude
boni qua ceteros premunt; Qua de re
existimo hunc uirum qui malignum
spm in hospitalitate suscepit ostenta
tioni potius intendisse quam opere